



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

II. De desponsatione impuberum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

*De desponsatione impuberum. Tit. 2.*

**P**uberes, qui à pube vocati sunt, licet à quibus<sup>3. Puberes</sup>dam ex annis existuntur quatuordecim, quamvis & tardissimè pubescant: veriùs tamè qui ex habitu corporis pubertatem ostendunt, vt generare iam possient, puberes sunt. Sic & quæ in annis puerilibus parit puerpera esto.

In impuberibus autem hæc feruantor.

Si, quorum vterque, vel alteruter ad ætatem<sup>2. Vbi.</sup> legibus vel canonibus determinatam non peruenierit, coniungi prohibentor. Interueniente tamen vrgentissima aliqua necessitate, vt pro bono pacis, talis coniunctio toleratur.

Matrimonium ergo si cum minore septen-<sup>13. Ad</sup>nio contractum fiet, vtpote quod nõ est, ne ad-<sup>dissoluen-</sup>cusator. At verò contrahendum, vt impediatur,<sup>dum.</sup> denunciari valet. denunciatione pendente ne quid innouator, adtentator.

Quod si puella, cùm vir eam desponsauit, nu-<sup>14. Tunc.</sup>bilis non erat, nec tatemæ prudentia subplebat quamvis eandem subarrasit, inter eos non matrimoniũ, sed sponsalia contracta intellegũtor.

Quæ si impuberes septennio maiores contra-<sup>7. De illis</sup>xint: neuter ante pubertatem resilito. Sin tem-<sup>i.</sup>pore contractus vnus pubes erat: is ne resilito. Alter, si volt, pubes factus resilito.

At si quis puellæ necdum septennis à se pri-<sup>4. Literas</sup>dem in cunis desponsatæ matrem vxorem accepfit: matrimonium ne soluitor. huiusmodi enim desponsationes nullæ sunt. Sin eum puella septimum iam annum transgressa ducet: cùm ex



## De despon. impuberum.

eo tempore sponsalia placere consuerint, dicitur  
tium inter eos promulgator. Olli nec matrem,  
nec filiam habere permittitor.

3. *Acces-  
sit.*

Itaq; si puella nondum septennis desponsata  
alicui fuit, nec in eum postea consenserit, & ab  
huiusmodi desponsatione per episcopum fue-  
rit absolutus: matrimonium inter eum & puel-  
læ matrē celebratum inuiolabiliter celebrator  
proles legitima esto. Sin iam septennis: licet in  
desponsatione puellæ ipso iure absolutus fue-  
rit, cum in eum consentire noluerit, eum tamen  
habere matrem, cuius gnata sibi fuerit desponsa-  
ta, inhonestum esto.

6. *Conti-  
nebatur.*

Si cui puella ante nubileis annos nubtui con-  
locata, & ab eo traducta, ad nubileis annos pe-  
ueniēs alii nubendi licentiā petet, seq; in eū haud  
consensisse adseret: illa, viro se eam cognouisse  
iurante, ne auditor. Sed & si pubertati proxima,  
consentiēsq; desponsata, & à viro cog-  
nita probabitur: maxumè cum eam parentes etatis  
legitimæ fuisse faterentur, idem esto. Porro et  
sponsalibus cum impubere septenni factis po-  
blicæ honestatis iusticia oritor.

8. *Ano  
bis.*

Itaque licet dixerimus impuberes sponsalia  
contrahentes ante pubertatem quidem haud  
debere separarier, at post pubertatem, si contra-  
dicent, posse: si tamen carnis commixtio ante  
interuenerit, nec possunt.

10. *Ante  
stationes.*

Sanè solus nifus carnalis copulæ matrimonii  
ne facito.

9. *De il-  
lis. ij.*

Si tamen ita fuerint ætati proximi vt potue-  
rint commiscerier: hi ( ni intercesserit violētia



eaque continua) ne separantur.

Nam si violentia inducta etiam pubes cum <sup>11. Ex li-</sup> impubere sponsalia contraxerit: eum ad adultam <sup>teris.</sup> aetatem expectare ne cogitor. olli virum alium accipiendi libera facultas tribuitur.

Pater autem adultum filium non consentientem <sup>1. Tua</sup> matrimonio ne conlocato, nondum adultum <sup>nos.</sup> cui volt conlocato. Is, postquam ad perfectam aetatem peruenerit, omnino hoc adimpleto.

Porro licet sponsalia cum minore septennio <sup>12. Duo</sup> contracta per cohabitationem post septennium <sup>pueri.</sup> conualescere, & publicam honestatem inducere dixerimus: per matrimonium tamen soluntur.

*De clandestina desponsatione. Tit. 3.*

**C**landestina coniugia penitus inhibentur. <sup>3. Cū in-</sup> Ollis ne quis sacerdos interesto. Cū qui <sup>hibitio.</sup> contracturi erunt, in ecclesiis per presbyteros <sup>in prin.</sup> publice proponitur. competens terminus praefinitur. Intra eum qui volunt & valent impedimentum opponunt. Presbyteri nihilominus ex officio de impedimento anquirunt. Probabilis coniectura si erit: donec, quid faciendum fiet, adpareat, contractus inhibetur.

Si parochialis sacerdos taleis nuptias prohibere <sup>θεμα. fi.</sup> negleget, aut etiam regularis qui eis interesse praesumpserit: ab officio triennium suspenditur. Si culpa qualitas postulabit: grauius punitor. Qui taliter etiam in concessu gradu contrahere praesumpserit poenitendo. Qui vero ad impediendas legitimas nuptias dolo malo, proces-